



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 13. Theodoretus relegatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

de deiceret; cum vero sciret, Episcopi <sup>Sæculum V.</sup>  
 fortunam favore Pulcheriæ, quæ tota <sup>A. C. 447.</sup>  
 Auctoritate potiebatur, fulciri, visum si-  
 bi, primas machinationes eo dirigendas,  
 ut Fœmina ab Imperii Gubernaculo re-  
 moveretur. Ergo Eudociæ, uxoris ejus  
 opera usus, Imperatori persuasit, ut a  
 Flaviano postularet, Pulcheriam Diaco-  
 nissam ordinari. Imperator accersito E-  
 piscopo, quid ab ipso peteret, secreto in-  
 dicavit; offendit inexpectata postulatio  
 Flavianum, sed presso in præsentia Im-  
 peratoris dolore, deinde nemine conscio  
 ad Pulcheriam scripsit, ut præsentiam  
 suam ubique caute devitaret, ne facere  
 cogeretur, quod sibi, & illi invisum  
 foret. Intellexit Pulcheria, quid agere-  
 tur, & ad Hebdomon se recepit. (\*)  
 Theodosius, & Eudocia Imperatrix im-  
 patientissime tulerunt, quod Flavianus  
 arcanum Pulcheriæ aperuisset. Hæc  
 jurgiorum initia fuere.

## §. XIII.

*Theodoretus relegatur.*

Ubi Theodoretus Ordinationem Fla- <sup>Epist. II.</sup>  
 viani rescivit, eidem, data Epistola,  
 gratu-

(\*) Est Ecclesia. Quod pertinet ad Pulche-  
 riam Diaconissam ordinandam, Tillemontius in  
 Nota ad hunc locum multa affert, quibus pro-  
 bare conatur, hoc factum non esse verosimile.



Sæculum V. gratulatus est, sperans, hunc Virum  
 A. C. 447. Fautorem conciliaturum; quippe

*Epist. 81.* jam anni effluxerant, ex quo ab Imperatore ad suam Dioccesin Cyrensem redi-  
 jussus erat, addito præcepto, ne ex-  
 pedem efferret. Quo tempore id  
 ctum, apparet ex Epistola ad Nomen  
 Consulem, qui anno 445. Consulatus  
 gessit. Relegationis causa fuit oratio  
 quam Antiochiæ, post S. Cyrilli obitum  
 Domno præsentem, pronuntiasse accu-

*Conc. V. coll. 5. to. 5. p. 508.* batur, & dixisse: *Nemo jam blasphemus  
 compellitur. Ubi sunt illi, qui dicunt*

*Deum fuisse crucifixum; non Deus cruci-  
 fixus est, (\*) sed Jesus Christus, Homo  
 Cessarunt lites; in Oriente, & Ægypto  
 concordia viget, mortua est invidia,*

*Ep. 79. 80.* demque Hæresis conssepulta! Alter accu-  
 sationis articulus erat, quod in Episco-  
 pum Tyriensem ordinasset Comitem  
 renæum, Bigamum, & qui in Concilio  
 Ephesino summo fervore Nestorii partem  
 defenderat. Tandem Theodoretus  
 præterea arguebatur, quod frequentissi-  
 mis Synodis, quas Antiochiæ cogebat,  
 Ecclesiam turbaret, atque hanc unicam  
 causam Epistola Imperatoris adducit. O-  
 bedientem se præbuit Theodoretus, &  
 Antiochia excessit, quin alicui valedice-  
 ret, sciebat enim, quosdam esse, qui se  
 retinere nitebantur.

(\*) Quandoque bonus dormitat Homerus



Sæculum V.  
A. C. 447.

At vero apud plures conquerebatur, famam suam denigrari, seque sine causa cognitione damnari. Hac super re ad Anatolium Patricium, Eutrechium Præfectum, Nomum Consulem, & Eusebium, Episcopum Ancyranum, Epistolas dedit, in quibus dicebat: *Non ideo queror, quod urbem Cyrum fastidiam; non hæc est causa, verissima loquor, charior mihi est Cyrus celeberrimis urbibus, quia hanc sortem a Deo accepi, hoc est ovile meum; illud vero mihi videtur intolerabile, quod ex ea gressum non efferendi necessitas mihi imposita sit. Ob id ipsum improborum crescit audacia, & minus dicto audientes experior.* Et alibi: *Omnes urbes Hæreticis, Gentilibus, Judæis patent; ego autem, dum pro Doctrina Evangelii pugno, omnibus proscribor.* At vero, prævis imbutus opinionibus dicor; ergo congregetur Synodus, Episcopis, & Magistratibus præsentibus mentem meam explicare liceat, & pronuntient Judices, quidnam Doctrinæ Apostolorum consentiat? Et inferius: *Nunquam meo arbitrio, nec sub Episcopo Theodoto, nec sub Joanne, nec sub Domno, Antiochiam ivi, sed quinquies, aut sexies vocatus, vix obedi, Canonum pœnis territus, quæ ad Synodum non venientibus intentantur.* In his duabus Epistolis dicit, se jam ab annis viginti quinque Episcopatum g-

Ep. 79. 80.  
81. 82.

ep. 79.

ep. 81.

Theodotus

Sup. XXI.  
S. 30.

Hist. Eccles. Tom. VI. Dd rere,



Sæculum V. rere, nec tanto tempore se quemquam  
 A. C. 447. in Iudicium vocasse, nec a quoquam  
 fuisse vocatum, nullum quoque Clericorum suorum coram aliquo Tribunali fuisse. Rursus in suam Defensionem congerit beneficia, quæ tam in spiritualibus quam in temporalibus Dicoecesi suæ exhibuit.

In Epistola ad Eusebium Ancyranum dicit: *Qui Hæresin Marcionis, aliorumque Docitarum renovant, irati, quod eorum errores aperte refutem, Imperatores imponere tentarunt, dicentes, me Hæreticum, & fingentes, me Dominum Nostrium Jesum Christum in duas partes dividere; sed non successit consiliis cum in Mandato, contra me edito, nullæ hæresis mentio fiat.* Et infra: *Tantum abs me ab hac detestabili opinione, ut me afflixerit, quod aliquos ex Concilii Nicæni Patribus deprehenderim, qui, dum contra Arianos stilum acuerunt, in expræmenda Divisione Humanitatis, & Divinitatis nimii sunt. Ne vero quis putet me hodie, compellente metu, ita loqui, quæ ante Concilium Ephesinum, & postea duodecim abhinc annis scripsi, legi sunt; nam per Dei Gratiam omnes Prophetas, Psalmos, & S. Paulum explicavi. Diu est, quod adversus Arianos, Macedonianos, Apollinaristas, & Marcionistas scripserim. Unum Librum Mysticum*

Theodore-  
 tus.



alium de Providentia, alium de Quæstio- Sæculum V.  
nibus circa Magos, Vitam Sanctorum, & A. C. 447.  
plura alia composui; provoco ad accusa-  
tores meos, & Judices! ostendant, si pos-  
sint, aliquam opinionem, quam non e Sa-  
cra Scriptura protulerim.

§. XIV.

Theodoretii Opera.

Primos Libros contra Hæreticos, quos  
hic Theodoretus memorat, non ha-  
bemus, nisi forte sub Nomine quorum-  
dam aliorum Auctorum lateant; Liber  
Mysticus quoque, & Responsiones de Ma-  
gis, nobis non supersunt, sed Commen-  
tarii in Prophetas, in Psalmos, & in S.  
Paulum extant. Vita Sanctorum est li-  
ber, dictus Philotheus, aliter Historia Re-  
ligiosa, complectens vitas triginta Ana-  
choretarum, quos Theodoretus viderat;  
initium a S. Jacobo Nisibiensi ducitur,  
& usque ad S. Dominam pervenitur.  
Præter illa opera, quæ Theodoretus in  
Epistola ad Eusebium recenset, jam tunc  
amplum de morbis Græcorum, id est, de  
Gentilium erroribus Tractatum elucu-  
braverat, in duodecim libros divisum;  
vastæ Eruditionis specimen Theodoretus  
in hoc Tractatu dedit, in quo ultra cen-  
tum Scriptorum veterum testimonia af-  
fert. In Cantica quoque Commenta-  
rium concinnavit.

v. Dissert.  
Garn. p. 259.  
to. 1. 2. 3.

to. 3.

to. 4.

D d 2

In